In nomine Sancte et Individue Trinitatis.
Sicut officium est caritatis Ecclesiis Elemosinas
erogare, Ita nihilominus eadem caritas nos admonet
que Eis collata sunt Inviolata conservare. Ego Itaque
Anscolfus Dei gratia Suessionensis Episcopus de
per presentes litterarum memorie commendo quod
Petrus et uxor Ejus Ada in presentia nostra se secularem
vitam abnegantes Religiose vivere in Ecclesia Sancte
Marie et Sancti Evodii apud Branam et vote partem
optimam elegerunt et per manum nostram se liberos
que suos filium videlicet et filiam domum quoque suam
et vineas predicte Ecclesie devote obtulerunt. Et nos
quidem ratum hoc habentes sigilli nostri Impressione
signavimus. quod si aliquis super hac Elemosina
predicte Ecclesie Injuriosus esse presumpserit in Eum
Justicie proferimus sententiam et vinculo anathematis
Innodamus. Testes vero hujus rei sunt Johanne de
archidiaconus Petrus abbas sancti Leodegarii Radulfus
prepositus Nicolo archidiaconus Rogerus de
archidiaconus. /.